

Is tūm generalis sit, salutem Reipublica unice spectans, 41.
tām in Regno, quam Aristocratia & Politia. stratus quō
vel
generalis.

Cautio tamen hic adhibenda, ne talis summam in sese
transferat potestatem. 42.

Tum Specialis, cui certa quadam Reipublica negocia com-
mittuntur expedienda. 43.
vel Specia-

Hinc quidam Magistratus reditus publicos curet, ad
quem adificationes urbium, templorum &c. spectent, cui mu-
neri ædiles apud Romanos præfecti. lis, qui spe-
ctet. 44.
1. ærarium.

Ac ærarium omnino necessarium esse haud opus est pro-
lixâ probatione: Quod absq̃ illo Respublica, in primis bello in-
gruente consistere nequit. 45.

Sit magistratus, qui Justitia obeat munera; quæ sunt du-
plicia: tum ut bona publica rectè distribuantur: tum ut rerum
privatarum commutatio rectè instituat. 46.
2. justitiam
ubi ratio
habenda
bonorum sū
privatorū.

Ad bona publica pertinent, tum præmia & honores,
tum pœna & scelerum animadversiones; quod tum scelerum
odium subditorum animis inserendum ex supplicijs: Tum præ-
miorum & honorum collatione ad virtutis studium invitandi. 47.
tūm publi-
corum.

Nil namq̃ est, quod ad virtutis studium tām incitare po-
test, quam si illi præmia condigna fuerint statuta. 48.

Justitiæ præfectos sive iudices dedimus: Verum omnia
ab illis vitia corrigi nequeunt; vel quod leges de ijs non lata, vel
non supplicium aut pœnas, sed ruborem tantum vel levem igno-
miniam merentur. 49.
3. mores, ut
sunt censo-
res quorum
erat.

Hinc Censorium officium dependet: quod in ipsos Sena-
tores olim apud Romanos vim suam extendebat. 50.
1. mores
corrigere.

Illorum namq̃ erat, diligenter attendere, qualem quisq̃
tum publicè, tum privatim sese gereret. 51.

Hinc nullum vitium tam erat exiguum, quod ipsos latere
poterat. 52.
2. cives di-
stingere.

Sed & distinctio civium pro differentia ætatum, dignita-
tum, conditionum & patrimoniorum ad eos spectabat. 53.

B 3

Atq̃